

23.  
D. B. V.

DISQUISITIONIS ACADEMICÆ,

De

SVEONUM

In

LIVONIAM

MERITIS,

PRIMÆ LINEÆ,

paucissimis thesibus expressæ:

Quas

*Suffragante Ampliff. Senatu Philos. in  
Illustri ad Auram Universitate,*

PRÆSIDE

Cl. VIRO

Mag. ALGOTHO A.

SCARIN,

Hist. & Phil. Civil. Prof. Reg. & Ord.

*Pro solitis in Philosophia honoribus,  
discutiendas sistit*

JONAS KIELLGREN V. Goth.

Ips Kal. Julii 1732. hor. pomerid.

---

ABOÆ, Exc. R. Ac, Typ. Joh. Kjömppe.

SACR. R:Æ M:TIS

Magnæ Fidei VIRO

ET PER NOMARCHIAM BORE-  
ALEM

MAGNI DUCATUS FINLANDIÆ

Judici Provinciali,  
*GENEROSISSIMO DOMINO,*

**D<sub>N</sub>. SIMONI A.**

**ESSEBEN /**

**PATRONO & FAUTORI  
OPTIMO.**

**S**ummus ille favor, quem ego  
antea, triennio fere, cum  
tuis


TUOS lares inter, mihi vitam agere  
contigit, sum expertus, memet du-  
bitare neutiquam sinit, quin pro  
immortalibus in me TUIS meritis,  
cum mea nil valeant, aliena me-  
rita in vicem redhostimenti benio-  
gne excepturus sis. Meum erit, TUO-  
RUM in rempublicam & clientem  
maximorum meritorum, dum  
vivam, non ingratum praconem  
agere. Cumque iisdem paribus re-  
spondere sit omnino positum supra  
quantulamcunque sortis meae mensu-  
ram, Remuneratorem omnis meriti  
beneficum & largissimum piis precio-  
bus nunquam non defatigabo meis,  
velit TEMEL, MÆCENAS opti-  
me, cum Familia Nobilissima Tua, in  
longissimos mortalitatis terminos in-  
columem conservare; ut quemad-  
modum

modum literarum orbem eruditio-  
nis laude pridem, ita meritis au-  
tiss super alia patriam porro im-  
pleas & exornes.

**GENEROSISSIMI NOMINIS  
TUI**

*Cultor & Clientis humillimus*

**JONAS KIELLGREN.**



I. N. S. S. T.

*Thef. I*

**N**E in canones *Logicorum*  
forte inpingamus, quod  
ad rubrum harum the-  
leon, vocabulum *Sveonum*, no-  
stra vernacula lingua *Stvenski*/  
non a proprio nomine *Stven*/  
quem gentis *Sveoniae* primum  
vel secundum administrum,  
Japhetique e *Magogo* nepotem  
faciunt plurimi \*, descendisse  
existimamus. Cum nullom.

A

indu.

indubitatae fidei argumentum, praesertim Sacra tacente pagina, pro ista stabilienda etymologia, adduci queat.

(\*) *Paulin. Gotb. bist. Sveogorb Lib. II. cap. 6. conf. Joh. Peringsk. Genealog. Sacra p. 15.*

*Thes. II.*

**N**Equae firmiori tibicine illorum conjectura nititur, qui eandem regni appellationem, qua prima sua incunabula, ab appellativo nomine *Stwen*, quasi *masculo* derivatum eunt (\*). Licet enim *Svethia*, in vetustis quibusdam annalibus *Scondicis*, dicatur *Manheim* (\*\*); tanta tamen his scriptis vetustas asfingi nullo modo potest, ut  
*Stabili.*

8

stabiliendæ opinionioni isti, in-  
dubias inde certasque ratio-  
nes depromere quisquam  
possit.

(\*) *Vid. Verel. in not. ad Gauth-  
bist. (\*\*)* in *vet. Sturles. Chron.  
Norveg.*

*Thes. III.*

**C**um verò extra omnem  
dubitationis aleam posi-  
tum sit, Sveones in antiquis-  
simis annalibus suis dictos fu-  
isse *Svedioter* vel *Swithioder*,  
& terram eorum *Swithiod*, gen-  
tis nomen nonnulli, præun-  
tibus historicis nostri & super-  
ioris ævi celeberrimis, mo-  
do a *Swithur*, puta Odini  
exustoris & depopulatoris cog-  
nomine (\*), modo ab ab-

4  
tracta voce *Stwedia* (\*\*) di-  
manasse statuunt. nempe quod  
primi harum regionum sessio-  
res in solum densis silvis fre-  
quens advenientes inciderint,  
hisque excisis & adustis satio-  
ni aptum reddiderint: atq;  
terra deinde hoc modo ferti-  
lis reddita dicta sit *Stwedia*/  
cōtracte vero *Stwia* vel *Stwea*:  
addita ad calcem vetusta vo-  
cula *od* vel *thiod*; hincque  
apud exteros de nunc *Suedici*,  
*Sveci*, *Sveonum* & *Swionum*  
nomen passim invaluisse.

(\*) *Vid. Nobiliss. Wilde in hist.*  
*Svec. pragm. Cap. II.* (\*\*) *Verel. loco*  
*sup. citat.*

*Thes. IV.*

**N**obis eorum sententia  
potissimum arridet, qui

*Stwia*



5

Swithiod voci Schuit natalis  
suos debere affirmant (\*). præ-  
cipue cum inter Tartares na-  
tio quædam existat, quæ ori-  
ginem a reliquis diversam as-  
fectans & Schuit se appellans,  
aborigines suos Schuti vel  
Schuidi dictos fuisse contem-  
dat (\*\*).

(\*) Vid. Dn. Vilde prox. citat. cap.  
II. §. 31. (\*\*) Brenneri nota in ser-  
mone Princip. Iber. & Georg. p. 21.

Thes. V.

**H**inc cuivis, puto, facile  
quoque patet, veteres  
Schuitas & Scythas, quod ut-  
rumque nomen Scandianum  
veterem vivendi modum &  
jaculandi solertiam exprimit\*,  
non tantum de nominis ori-  
gine

gine participare, sed unam  
 eandemque gentem esse (\*\*);  
 in cujus communionem no-  
 minis, teste Plinio (\*\*\*) Sau-  
 romatae postmodum, cum  
 suis contribulibus Venedis ae-  
 que Fennis usquequaque de-  
 scenderunt.

(\*) *Schurtzfleisch. disp. hist. civil.*  
 XV. 6. p. 12. (\*\*) *conf. citat. loc.*  
*Brenneri cum ejusdem p. 99. (\*\*\*)*  
*Conferrī cum Plin. potest Adam. Bre-*  
*mens. cit. Oerubielmio in vita Ponti*  
*de la Gardie, p. 153. ubi Sclavi,*  
*Sembi etiam dicuntur Scybiae populi.*

### *Thes. VI.*

**L**ivoniam quod attinet, ut  
 non eorum accedere au-  
 demus sententia, qui eandem  
 veteris Scandinaviae partem esse

7  
eendunt (\*): ita convenit no-  
bis cum scriptoribus gentis  
illius indigenis nullo ne-  
gocio quoque, qui à *Libone*  
quodam Romano, cujus dus-  
ctu & auspicio non pauci o-  
ptimarum gentis illius, pere-  
grinum otium turbatae reipub-  
licae praeferebant, in *Vendiam*  
seu *Venlandiam* concesserunt,  
nomen traxisse affirmant (\*\*).  
Licet a nonnullis etiam co-  
rum scriptis dissentiamus; il-  
lis praesertim, quae tempore  
*Attilae*, ut *Hunorum* tyran-  
nidem vitarent (\*\*\*), vel alio  
quocunque recentiori aeo, hu-  
jus in remotiora transitum  
coloniae accidisse perhibent:  
quippe quod asserto illo ve-

8  
ritas ipsa fidesque chronolo-  
gica in discrimen adducitur.

(\*) *Ptolom. Geogr. L. 2. cap. II (\*\*)*

*Cromer. rer. Polon, L. 3. p. 61. (\*\*\*)*

*Alex. Guagn. p. 244. Messen Scand.  
illustr. Tom. I. ad ann. Chr. 456.*

*Thej. VII.*

**H**Os Livonos Choros & Ciu-  
retes (\*) in annalibus pri-  
morum temporum ecclesiasti-  
cis appellatos, immemorialis  
præscriptio temporis, nec non  
sanguinis & imperii societas  
*Svethia* conjunxit; ab illo O-  
diniano præsertim ævo, quo  
per orbem celebriores circum-  
quaque colonias suas effunde-  
re coepit hæc gentium officina (\*\*). Quandoquidem e-  
nim in intimo maris recessu.

con-

constituta erant ha gentes,  
 easdem opibus suis non so-  
 lum firmavere majores nostri,  
 regulosque sui sanguinis pra-  
 posuerunt, sed & ferarum  
 in proximo nationum incur-  
 siones a mari Baltico, adeo-  
 que ab ipsis semet, illorum  
 diu submoverunt opportuno  
 ministerio.

(\*) *Adam. Brem. hist. eccl. cap.*  
*223. ed. Fabric. p. 58. Rembert. vi-*  
*ta Ansgarii cap. 27. edit. Fabr. p.*  
*70, (\*\*)* *Formandes de rebus Geticis.*

*Ihes. VIII.*

**A**D historiam veterem ho-  
 rum ad orientem popu-  
 lorum Sveonumque res cum  
 iisdem gestas rite intelligen-  
 dum, haec maxime observa-

ri merentur: Sarmaticum nomen aliquando generaliter sumi, atque adeo late extendi, ut gentes extra veram & veterem Scythiam, sub imperio tamen & clientela Scytharum degentes, puta Venedos (\*), & sequiori ætate etiam Sclavos comprehendat. Esthii vero eadem cum Livonis origine Romana gaudeant, nec ne, quamvis anceps habeatur conjectura, a priscis Venedis, æque ac Livoniarum aborigines, olim descendisse, Venedica seu Fenica apud ipsos etiamnum incolumis dialectus (\*\*), non sine dubitare. Ipsum licet nomen Eistland (\*\*\*) Österland/

land / una cum hodierna  
 Fenningia, quæ eodem, non  
 multo ante, titulo antiquita-  
 tis superbiebat, (\*\*\*\*) Scan-  
 diaz debeat, ejusque auctori-  
 tatem Svecis olim dominis,  
 communi gentium & fato-  
 rum lege, in solidum tran-  
 scribat.

*Ihes. IX*

(\*) *Schurzfleisch. disp. hist. civil.*  
*X. 2. not. item Gædings hist. prisce.*  
*gent. Vened. cap. I. tb. 3. & Rudb.*  
*Atl. Tom. I. Cap. 24. (\*\*)*  
*Humbles diss. de orig. Livon. §. XI.*  
*p. 24. & Celeb. Nettelblad in diss.*  
*pralim. ad fascic. rer. Curl. Verel.*  
*in not. ad Hærauds & Bose hist. not*  
*non Ol. Rudb. F. cit. in disp. Upsal.*  
*de orig. & relig. Fennorum. p. 13.*  
 (\*\*\*) *Sturlonides vitâ Ol. Har. R.*

cap. 81. add. Spegels collectio bullarum & diplom. vet. eccles. p. 3. & 5. Orientales nationes non alia sunt, quam Holmgardica illa, quarum hodie precipua pars est hic noster magnus Ducatus Finlandia. In hanc sententiam differentem quoque addas Peringsk. not. ad vit. Theodor. p. 458. Neque Eistlandia solum cum finitima gente, sed & ipsum Maris Baltici nomen vernaculum *Hjersion* a Svecis, vetustis ponti illius Dominis, quod ipsorum ad ortum littora lavet, confessione perantiqua vicinorum populorum, nominis sui eandem etymologiam agnoscit. Dithmarus in Tac. Germ. p. 243. His item adde insularum non appellationes solum Suetbicae originis, sed & ejusdem linguae Suetbicae usus quoque, qui insulares inter & continentis maritimae incolae plebejas obtinet. (\*\*\*) Messē Scand. X. ad an. Cbr. 456.

## Thes. IX.

**N**on tantum Livoniam, sed  
 &



& univerſam *Moschoviam* (\*), ſaltem potiſſimam illius partem, *Gardarikiam* ita dictam, a tempore nati Chriſti, diſtionis Scytho-Scandicæ fuiſſe (\*\*): neque ſolum *Svethiæ* regibus, jure fiduciario, ſubinde paruiſſe (\*\*\*), ſed & *Dynaſtas*, puta *Varegos* (\*\*\*\*) principes, cum illorum poſterioris e *Scandia* ſinu evocatos, ſibi præpoſuiſſe; ipſi in annalibus ſuis *Muſchovitzæ* partim agnoſcunt.

*Tbeſ. X.*

(\*) *Petr. Bert. in comment. rer. Germ. Lib. I. cap. 24. Albert. Crantz. Dan. Lib. IV. cap. 20. Peringsk gen. Sac. p. 14. Ingling. hiſt. cap. I. (\*\*)* *adifis Oernbielm. in vita Comitſis Ponti de la gardie, quem librum ſumma eum laude recensent Acta Erudit.*

Lips. an. 1690. Item, si lubet, confer  
 Sturionid. edit. Peringsk. Tom. I. vita  
 Ol. Harald. Reg. cap. 198. Oerm-  
 bielms. bist. eccles. Sveogoth. (\*\*\*)  
 Hierneri M. S. C. Lib. I. (\*\*\*) Her-  
 berstein. rer. Moschov. pag. 2. cum quo  
 conf. Rudb. Atl. Tom. 3. pag. 185.  
 Hornii orb. imp. 442. Item Felleri  
 nos. in h. l. Nesselbl. biblioth. Svesb.  
 I. pag. 58.

Thef. X.

**O**Mnium in nostram sen-  
 tentiam consentientibus  
 Historicorum testimoniis (\*)  
 quasi colophonium suffragium  
 Rembertus adjicit, Hamburgensium,  
 post Ansgarium, Me-  
 tropolitanus, qui, in vita an-  
 ecessoris sui, Choros seu Cu-  
 retes populum esse ait per mul-  
 ta retro secula Sveonum im-  
 perio

perio subjectum: quem, cum, iplo sedente, imperii jugum excussisset, ad pristinum obsequium priores Domini, violenta potestate, cum nil proficeret tranquilla, auspiciato redegissent.

(\*) Confer, præter modo citatos Adam, Brem. hist. eccles. passim.

*Thes. XI.*

**M**erita inter atque beneficia, quibus Sueci Livonos ( etiam alios populos ) sibi devinxere, si prima illa tempora respiciamus, principem sibi locum jure summo vindicat, quod quamdiu Gothicarum (\*), penes ipsos, disciplina legum valeret, non domi  
solum

solum bene constitutam rem-  
publicam habuerint, commer-  
cia cum aliis gentibus (\*\*), et  
tiam Italicis (\*\*\*) , sine metu  
coluerint, sed & nostræ sub  
umbone & auspicio gentis,  
minas & superba molimina  
vicinorum adco non multum  
reformidaverint.

(\*) *Oernhielms vita Ponti de la Gardie p.77.* (\*\*) *Oernhielms hist. eccl. Spec-Goth. IV. 8. 11.* (\*\*\*) *conf. G. A. Humbles diff. de orig. Livon. Adam. Brem. hist. eccles. cap. 223. Hispanis & Grecis frequentatam fuisse asserit Curetum gentem. Cum Adamo conferri meretur Paulus Pezvonius in antiquitt. nationis & Lingva Celtica, dicens Curetes olim fuisse Jovis alumnos, quos sequens etas Druidas & Bardos dixerit: quosque Magos Perse appellarint Sapientia & Sacrorum, quorsum auguria spe-  
tabant, summos antistites.*

*Thef. XII.*

**S**Equentium vero temporum beneficia, pro duplici objecto, ad duas commode referuntur classes: alia enim felicitatem eorum spirituales, alia civilem imprimis concernunt.

*Thef. XIII.*

**I**Nter prioris generis beneficia familiam ducit indefessa cura, multis cum ærumnis & periculis conjuncta, quam his populis, a diris idolomanie sacris ad Christianismum convertendis nostras res impenderunt. Neq; enim regum pietas solum (\*) exteros e Germania verbi Divini præcones, per mercatores

**B** quosq;

quosdam Bremenses, magno,  
 in Livoniam, præmio, allexit;  
 sed ipsi indigenæ doctores &  
 episcopi plurimi quoque tanto,  
 ad retundendam Esthonorum &  
 ceterorum pervicaciam, Zelo  
 efferbuere (\*\*, ut ipsos semet  
 victimam cum martyrio Chri-  
 stiani nominis hostibus devo-  
 vere, quam sibi divinitus as-  
 signatæ stationi, instar merce-  
 nariorum, cedere maluerint.

*Thef. XIV.*

(\*) *Auctor anonymus, qui tamen  
 putatur fuisse Herm. Helderungus  
 in annal. Livon. ad an. 1190. cui  
 pollicem præbet Messen. Scand. illustr.  
 X. ad an. 1285. ubi militaris expe-  
 ditlonis meminit, quam pro expugna-  
 tione infidelium in Livonia doverat  
 rex Magnus Ladulâs. Messenio ad-  
 datur Oernhielmus, in vita Ponti*

*de*

*de la gardie. p. 73. adde p. 75. (\*\*)*  
*In ceteris Suetbie sacris presulibus*  
*sua laude minime defraudandus Fol-*  
*cho, perperam Folquinus Fennorum*  
*& Esthonum Apostolus: Itemque Rol-*  
*fo Vestro-Gothus, antecessor Folchonis,*  
*qui in Curonia barbare gentis sevi-*  
*tia periit. Laccen. hist. Svec-Goth. p.*  
*161. fin.*

*Thes. XIV.*

**C**erte religionis in hac so-  
 cia gente profeminandæ  
 tanta fuit cura & æmulatio  
 Svecorum, ut si unquam, quod  
 asserere dubito, suo in ean-  
 dem jure cesserint, ullam vix  
 aliam ob causam factum fu-  
 isse credibile sit omnino, quam  
 quod gliscensibus intestinis sæ-  
 cerdotium inter atque imperi-  
 um dissidiis, cum domi agre-

invenirentur, qui periculosa  
 legationis aleam in se susci-  
 perent presbyteri, in pontifi-  
 cem Romanum, suam tan-  
 tum non omnem transcri-  
 pserint procuracionem.

*Thef. XV.*

**E**Xtincto Teutonicorum in  
*Livonia* equitum imperio  
 a papa fundato, cum servitu-  
 ti *Moschorum* removenda im-  
 pares, auxilia circumquaque  
 sociorum frustra sollicitarent  
 incolæ, periclitanti misere *Es-  
 sthonia Svethia*, quamvis nuper  
 impune ludificata (\*) domiqs  
 civilium malorum non igna-  
 ra esset, opportuno mox au-  
 xilio obviam accurrit: neque  
 regio



regionis securitatem pristinam modo, suo sæpe cum periculo vindicavit gnaviter (\*\*), sed & religionem Christianam a fermento papisticæ superstitionis repurgatam instaurari curavit, per episcopos evangelicos *Revaliensi* cathedræ præpositos, quorum propagandæ veræ religionis Zelum, ad miniculante piissimorum regū, præsertim *Gustavi Magni* cura & munificentia (\*\*\*) , suis justis præconiis grata nunquam defraudabit posteritas.

*Thef. XVI.*

(\*) *Vid. Messen. Scand. illustr. X. ad an. 1554. & 1555. (\*\*)* *Frider. Menii prodrom. p. 20. 32. & seqq.*  
 (\*\*\*) *de hierarchia diss. Verel. edit. Nesselbl. III. p. 249.*

## Thes. XVI.

**D**Enique cum Polonorum  
 vis infesta Sveciæ in-  
 grueret (\*), neque ad illius  
 solum libertatem regni atq;  
 religionis proculcandam ho-  
 stes toto orbe conquirerent,  
 sed sociorum suorum quoq;  
 quos in clientelam receperant,  
 cervicibus atque conscientiis  
 indignam servitutem compa-  
 rarent (\*\*), non suam modo  
 Esthoniæque direptionem vi-  
 etricibus armis vindicaverunt  
 principes nostri, sed cetero-  
 rum Livonorum jura quoque  
 pristino vigori restituerunt:  
 quin & amicitias cum iisdem  
 redintegratis (\*\*\*), & salvo  
 jure regni servatis, veterem  
 controversiarum & odiorum  
 memoriã penitus expunxerunt.

(\*) *Piascius chron. ad an. 1600.*  
 p. 221. (\*\*) *Reinhard. in theatr.*  
*prudent. elegant. p. 1207. ex Bodino*  
*deplorat Livonorum conditionem,*  
*quos Sigism. August. Polon. rex in*  
*clientelam receptos, pacto subinde*  
*cum Moscho contrario fœdere, plane*  
*deseruerit, &, ut ipse judicat, po-*  
*situs prodiderit, immanissimo hosti.*  
*Vid. etiam Frider. Menii prodrom.*  
*histor. Livon. §. 60. Meffen. Scand.*  
*Tom. X. p. 38. Loccen. hist. Sueo-*  
*Gotb. Lib. VIII. p. 450. edit. Francof.*  
 (\*\*\*) *Auctor discussionis caussarum*  
*belli nuperrimi Sueo-Polonicæ, hoc*  
*cum Livonis amicitie fœdus an. 1601.*  
*initum refert. Quod ad expugnationē*  
*Rigæ atq; Livoniae a Gust. Adolph.*  
*rege auspiciato peractam attinet, cum*  
*Schurtzfleisch. disp. hist. polit.*  
*LV. fine. in se recepit illius justitiam*  
*idoneis firmisq; rationibus tueri, ex*  
*regni nostri juris publici commen-*  
*sariis, non est quod institutum illud*  
*vindicare adlaboremus.*



Högskollärde Candidaten,

Hr. JONAS KIELLGREN,

**S**Om det andra snilles fram,  
 Ganska lärdt af Er utföres;  
 Ny af fågnad jag och fram  
 Med min trogna önskan röres,  
 At I, uthi Musers dantz,  
 Uppå Pindi skantz,  
 Få till löön en Grantz,  
 Som är fager,  
 Af grön lager!  
 Jämvähl sidst och Himlens glantz !!

Joh. Forsstein.

B. Fen.